

*147. Instrumentum venditionis di Stefano  
de Cortese in favore di Luca de Zoffo*

Basilicata University Press

—

*Digital Humanities*

Edizioni e data-bases digitali  
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*147. Instrumentum venditionis di Stefano  
de Cortese in favore di Luca de Zoffo*

1445-07-12

(c. 486r) In nomine domini nostri Iesu Christi amen.  
Anno a nativitate ipsius millesimo quatricentesimo  
quatragesimo quinto, regnante serenissime domine  
domine nostre <sic> Alfonso Dei gratia rege Aragonum,  
Sicilie citra et ultra farum, Valentie, Ungarie, Ierusalem,  
Marorice , Sardinie et Corsice, comite Marchie , duce  
Athenarum et Neopatrie ac etiam comite Ressiliane  
et Ceritanie, regnorum vero eius anno decimo feliciter  
amen, die duodecimo mensis iulii, octave indicionis,  
apud civitatem Potentie.

1

2

3

4

Nos Franciscus de Asth(is) de Potentia annalis iudex  
civitatis eiusdem, Thomasius Strambus de Potentia  
publicus ubilibet per provincias Principatus citra et ultra  
serras Montorii, Capitinate et Basilicate regia autoritate  
notarius et testes subscripti ad hoc specialiter vocati  
et rogati, presenti scripto publico instrumento fatemur,  
notumfacimus et testamur quod predicto die eiusdem  
ibidem in nostri presentia personaliter constitutus  
Stephanus de Cortese de Potentia, non vi, dolo vel metu  
ductus, nec aliquibus suasionibus circumventus, ut dixit,  
sed sicut sibi <gratum> apparuit et congruum visum //  
(c. 486v) fuit, vendidit, alienavit et per fustem <sic>

*Così S per Mayorice*

*Così S per Barchinone*

*Così S per Rossilionis*

Il computo dell'era regni è espresso per anno incipiente  
allungato.

tradicionem assignavit, iure proprio et imperpetuum, honesto viro domno Luce de Cioffo, cantori maioris ecclesie Potentie, ibidem presenti pro se et suis heredibus ementi et recipienti, peccium unum sive pantonum cuius terre, positum in tenimento civitatis Potentie, in contrata ubi dicitur et annotatur lu Canale et ubi dicitur lo Vallono sive la Valle de Iacobino de Todari, confinis <sunt hii>: a duabus lateribus tenet idem emptor mediante limite, ab alia parte iuxta sulcum comunem, ab inferiori parte iuxta terras domini Angeli de Todaro mediante..uta <sic> vicinale, item a superiori parte iuxta pastinum Petruccii de Castelluccio mediante sulco comuni et vadit et sortitur ibidem a dicto sulco per mensuram palmorum quatuor a vitibus dicte... nec absque ad dictam terram, francam quidem et liberam ab omni onere redictu <sic> sive census et alios siqui fore fines, ad habendum, tenendum, possidendum, vendendum et alienandum, dominandum et tramutandum nec non et quocumque <modo> voluerint ipse emptor et sui // (c. 487r) heredes alienandum, cum introytibus et exitibus suis ad dictum pantonum sive terram intrandi et exeundi ab antiquitus. <Pro> qua quidem vendicione predictus venditor coram nobis a dicto emptore confexus fuit se recepissee et manualiter habuisse in carlenis argenti, sexaginta per unciam et duobus pro tareno quolibet computate <sic>, tarenos decem ponderis generalis, totum scilicet precium vendicionis ipsius, promittens dictus venditor per se et suos heredes dicti emptori presenti et recipienti pro se et suis heredibus litem vel controversiam de dict[o P]antone seu terra [nu]llo unquam tempore [inferre] nec inferenti consentire vel [absentire, sed] ipsam [ve]ndici[o]nem et omnia et sing[u]la supradicta et infrascripta ratam et firmam ac

rata et firma habere perpetuo et tenere et co[n]tra ea non facere vel venire et per se et <per> suos heredes, a <sic> iudicio vel extra, de iure vel de facto, aliqua questione, occasione, modo, ingenio se[u tra]ctatu, sub pena et ad penam unciarum // (c. 487v) auri quatuor, mediante ipsius pene curie regie vel alteri competenti curie ubi exinde facta fuit reclamatio seu querela et alia medietate dicto emptori et suis heredibus persolvendum <sic>, me predicto notario tamquam persona publica pro parte dicte curie et dicto emptori pro se et suis heredibus a venditore predicto sollemniter stipulantibus penam ipsam; qua conmissa vel non con[m]issa, exapta vel non exapta, soluta vel non soluta [se]u gratiose remissa, predicta vendicio sicut pre[fer]tur, et predicta [omnia] et singula in suo semper [ro]bore et effica[cia perseverent], cum reffetione omn[ium] damnorum [interesse] et expensarum litis et extra que fierent propterea quoquomodo; et renunciaverunt <sic> super hiis dictus venditor exceptioni doli mali, vix, metus et in factum presentis non sic celebratus <sic> contractus, exceptioni damnorum et francam <sic> reique predicto modo non geste vel aliter habente <sic> quod superius conti[netur et est] expressum, // (c. 488r) legi resissorie que decepta <sic> ultra dimidiam iusti precii subvenitur, exceptioni dicte non <numerate> peccunie, non habite et non recepte ac non boni argenti et non ponderati et generalem <sic> omnibus auxiliis et beneficiis omnium iurium atque legum et specialiter iuri dicenti generalem renunciacionem non valere et iuri per quod cavetur quod dicto iuri renunciari non potest, quibus suffragantibus predicta vendicio predictaque omnia possent in aliquo minui vel infringi. Pro quib[us omni]bus actendendis et inviolabiliter observandis et

quod predicta viam sunt, dictus venditor prefato emptori coram nobis ad sancta Dei evangelia corporaliter tacta prestitit iuramentum. Unde ad futuram rei memoriam et predicti venditoris preces et prefacti emptoris <et> suorum heredum cauthelam factum est exinde presens publicum instrumentum per manus mei predicti notarii, signo meo solito signatum, mei qui supra iudicis // (c. 488v) ac nostrum subscriptorum testium subscriptionibus roboratum.

5

6

7

8

Quod ego dictus notarius Thomasius scripsi qui premissis omnibus rogatus et vocatus interfui ipsumque meo consueto signo signavi. (S) Ego Franciscus de Asthis annalis iudex civitatis Potentie predicta fateor Ego domnus Le[ona]rdus de Sacco canonicus Potentinus testis interfui Ego domnus L[o]ysius Porcarius testis interfui Ego domnus Iohannes Paritarius canonicus Potentinus testis sum Ego Mathias Capellus testis interfui

9

*Così S per?* et usque

*Così S per* permutandum

*Così S per* medietate

*Così S per* vera

*Così S qui, in seguito e in docc. coevi* Patitarius